



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xxvi. Ad cataractas oculorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ad cataractas oculorum.*

**A**CCIPITRI cataractam habenti medere hoc remedio, quod habet mel non infectum fumo, fel vulturis teratur, pinna illinatur oculi, & sanificant. Quod si oculorum dolor à capite proficiscitur, cognosces. oculi connuent, nares liquore redundant. hoc medicamento sanabis, venum vetus, laser contusum miscebis, hisq. nares fricabis, & oculos ex vino & ou albo liquore commixtis inunges, sed quoad sanus sit, tamdiu ne ipsum foras proferas.

*Ad morbum accipitris.*

**S**I morbo tenetur accipiter, cognosces. lente erigit se, tristi aspectu est, afflatus sedet. hunc hoc remedio sanabis. Semen raphani, absinthium Ponticum conteres, eorum puluerem pinna accipitris naribus infundes, & sanabis. Vel betæ radicem agrestem, aut hortensem purgatam ex aceto contundes, succum linteo expressum naribus inijcies.

*Ad dolorem capitum.*

**R**ADICIS agrestis, maluæ maturæ, contundantur, in acetum acerrimum adiijciantur, alternis diebus in nares & pala-